



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

Provincia Brasilia

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68850](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68850)

PROVINCIA  
BRASILIA

**B**RASILIA diuiditur in Collegia  
tria. Baiense. Pernambucense. Flumi-  
nis Ianuarij. Sedes quinque. Libe-  
rum. Portus Securi. Sancti Spiritus.  
Sancti Vincentij. Piratininga. Eoru-  
explent socij centum quinquaginta  
quinque. Adiunximus in Societatem posteriore ce-  
no decem. Abierunt e vita tres. De priore nihil  
est habitum.

BAIENSE. PERNAMBUCENSE  
Et Fluminis Ianuarij, Collegia.

**I**N BAIENSI Patrem Emmanuel  
Barrium, virum nauū & industriū amissum  
nouem annos in hac Provincia collocarat. Collegij  
aedificatio, ornatus tēpli, scholarum frequentia coe-  
tidie melior. multorum sedata discordia, odia pla-  
cata. tres a meretricio retracta. Itum a duobus  
officinas saccararias: et super multorum vitam erit  
datam, adiuncti ad Christum centum octoginta qua-  
tuor, omnes adulti. et quoniam plura hic seruitia  
magna imperitia rerū nequitiaque, ab eorū morum  
disciplina depulsa. occursum adulterijs, et matrimo-  
nia aliquot rite coniuncta. Nec desiderant Indi, quo-  
rum praecipua cura, nostram diligentiam. Docentur  
initia-

in initia fidei: audiuntur confitentes: ad pietatem  
 incenduntur: inseritur amor pudicitie: euellitur libi-  
 dinis. Christum acceperunt animis, sacro fonte loti cor-  
 pora, supra centum. Tres sunt hic pagi nobis commis-  
 si. Huc conflunt quicumque. Diuina ope, contemptis  
 superstitionum deliramentis, de Christiano fide me-  
 ditantur. et iam, hoc ut faceret, decem pagorum  
 turba cum suis Dominis se commouerat, nostris du-  
 centibus, qui illuc contenderant. Sed hoc molienti-  
 bus, & preparantibus itinere necessaria, suscitauit  
 diabolus fictas quorundam sententias, eorum simpli-  
 citatem arguentium, quod sub religionis imagine ad  
 seruitutem ducerentur. itaque dilata tot mortalium  
 conuersio. Ex hac tamen multitudine inuentus se-  
 nex, qui cum filia venit, & duobus ex ea nepotibus,  
 masculo & femina. hac oculis capta, & manu trahen-  
 da: gibber ille, & succollandus per vices. hi baptiza-  
 ti omnes. Nimirum inuitatis ad conuiuium venire  
 recusantibus, manci & debiles intrare compulsi, ut  
 impleantur mensa discumbentium.

DE PERNAMBUCENSI perscripta  
 sunt capita, quae ad vtrumque annum pertinent. ea  
 complectar. Excessit e vita sacerdos vnus Franciscus  
 Teixeira. Familia vna cum altera: vir cum parochis:  
 pagus vnus cum suo sacerdote: et in altero pago pa-  
 rochus cum Collega, in gratiam, nostrorum hortatu,  
 rediere. reuocati multi a peccandi consuetudine. In  
 quodam oppido, quod est nobis commendatum, die  
 Sancti Michaelis, a cuius nomine dictum est templum,  
 celebratus magnifice Baptismus capitum bis centum  
 viginti

viginti sex. Itum vtroque anno Paraiam. ad septuaginta  
libus quinquaginta quattuor. in itinere. tribus in  
dorum pagis statuta Cruces conspicuae tres. Parai-  
ba vero, vbi saepe Lusitano pugnandum. cum ho-  
bus, eorum Dux bello captus, ac deinde triginta, sacra  
aqua tincti, antequam morte punirentur. Ea nos il-  
lis, quae animae attulit vitam, pro beneficio facti.

DE FLUMINIS IANUARIUS hoc  
tantum, omittis vulgaribus. Obijt Pater Baltasar de  
uarus. Sodalitas Regum (ab tribus Magis hoc nomi-  
men) aucta. Instituta inter discipulos altera: ritus et  
pellatio ab undecim millibus virginum. Spectata ho-  
rum pietas, cum in magna siccitate, eorum vni  
per lato capite, nocturna pompa, pro calce stridens  
est publice supplicatum.

SEDES. ILHEORVM. ET. RE-  
liqua.

**A**PVD ILHEOS vetera multa odia restant.  
Hic locus toties distingui poterat, quae  
pax inter discordes facta: sed breuitati studendum.  
Cum parochus vnus domi seruet rem Christianam  
rer additus, qui augeat foris: hic centum sexaginta  
duos laerificat, nostri suo muneri non defuit: et  
uat interdum Deus illorum conatus recentibus ex-  
plis. Mulier captiua, cuius animus ad flogia pro-  
ceps, cum conseruis erat in opere: decitum in terra  
semianimis, diuinitus verbera incusso: et e varijs pa-  
tibus corporis sanguinem fundebat, hic casus efficitur.

ut e somno peccatorum excitata, exurgeret ad poenitentiam. Anus quaedam ab religione Christiana in tantum erat auersa, ut eam a que dissuaderet alijs, ac sperneret. Hac a marito aliquando tam grauius fuisse percussa, ut sopiretur, diu iacuit exanimis, mortua plerique arbitrabantur. ubi effusa aqua spiritum reuocauit, et mens compos est sui facta, unum e nostris acciri extemplo iubet. Baptismum orat. requirenti causam tam subita mutationis: Ad tenebricosa, inquit, perducta sum loca, ubi qui non sunt mersi silubri aqua, sed ali igne torrentur. et vidi miseram filiam seuis circumdatam flammis, quod in morte inuenta est hac perinaci superstitione damnata, mihi quoque est tergum afflatu vaporis ambustum.

IN PORTU SECVRO, agrestes Indi, & propter locorum asperitatem, quae hominum quoque durauit ingenia, efferati, adiuui consilio, & ad pietatem exculti.

PER SANCTI SPIRITVS pagos nostri dispersi, operam suam ponunt in pluribus ad Christum aggregandis iam decem millia censentur.

PIRATINGAE spes oblata messis non parua. Moromimi (gens est sermone ab alijs dissona, moribusq.) iam metu posito, pagos nostros frequentant, & contraxerunt aliquam amicitiam, gestu magis, quam sono uocis intellecti. In horum consuetudinem dat se vnus e nostris, eorumq. linguam condiscit, ut illo instrumento utatur in erudiendis hominibus, isdemq. perducendis (si conatum Deus respiciat) ad Christi disciplinam.

INDIA